



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio**

**Coloniae Vbiorvm, 1645**

CAP. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10133**

REI POENITENTIS

fuerunt tuta. Etenim meus ille perpetuus hostis, cui nihil erat molestius, quam me, in corpore mortali & corruptibili, vitam imitari Angelorum, per eos, quibus cum mihi erat vivendum, castitati meæ insidias locavit. Itaque tacitis eorum illecebris, tanquam cuniculis actis, primum, mihi timorem ex animo ejecit; tum, pudorem evertit; postremo, hoc tanquam vallo nudatam castitatem meam, rapacissimis furiis miserabiliter diripiendam ac deprædan-dam reliquit. Obscurio per viscera misericordiæ tuæ; delicta juventutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris Domine.

C A P. V.

Interea animus, ex ingenito quodam virtutis amore, ægre, à te se esse sejunctum, ferens, totus sibi displicebat. Augebatur dolor meus ex eo, quod non tantam in voluptatibus suavitatem offenderam, quantam cogitatione præsumpseram. Itaque, ut sunt puerorum & adolescentium subita ac repentina consilia, die quadam, quasi id, quod erraveram, corrigere volens, positis humili genibus, ante imaginem genitricis tuæ, te puerum ac lactentem in sinu gestantis, perpetuam animi & corporis castitatem, multis tibi cum lacrimis vovi. Sed, quod pollicitationem illam, non confirmatum consilium, sed subitus impetus & inconsideratus expresserit, eventus ostendit. nam paucis diebus post, castitatem, quam sartam tecum tibi servare promiseram, vicinia atq; ad eodomo ipsa mea peccandi materiam suppeditante, magna labe affeci.

C A P.